



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 267. Res publicæ an & qualiter emi & vendi possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](#)

theſ. 68. uti etiam, quod possint Religioſi alii que Clerici Eccleſiam ſuam defere, eamque tradere aliis, accepta ab iis pecunia, non ut pretio, fed ut alibi Eccleſiam adificare poſſint, non ſecus ac calicem conſecratum minuſ ſibi commodi tra- dere alteri Eccleſiae accepta pecunia, ut pro ea comparetur alius; cum talis contractus in effe- tu fit permutatio, qua spirituale cum spiritua- li permutari poſteſt. *cit. c. ad quæſtiones. de rer. permut.*

7. Resp. septimò: De coemeterio benedicto ſeu loco communī deſtinato ſepulturis fidelium idem dicendum, quod de Eccleſia, idque ratione benedictionis. Vide *c. 13. de ſepult. c. in Eccleſiaſticas 13. q. 2.* Sic pro tali loco preium nullum exigi aut recipi poſſe, quia videtur exigi pro uſu ſepulturæ, quod eft quoddam officium Eccleſiaſticum, ait Caſtrop. *loc. cit. num. 4.* citato Sylv. *v. ſepultura. q. 2.* & communī DD. admittit tamen, non tantum recipi poſſe, quod gratis in hunc fi- nem donatum, ſed etiam quod conſuetum eft donari, exigi poſſe, eò quod non exigatur tan- quam preium; pro quo citat Syl. Valent. Ara- gon. quin & addit ex Suar. *loc. cit. num. 22.* poſſe ab eo, qui vellet onerare Eccleſiam vel Ca- pellam, ne alijs præter iſum ejusque deſcen- dentes in ea ſepeliantur, exigi pro illa obligatio- ne preium; eò quod obligatio illa ſeu onus fit preio aſtimabile, & ex alia parte non fit spiritua- le aut spirituali annexum, ſed omnino ac- cidentarium; non tamen poſſe patronum ſeu fundatorem Capella exigere preium, ut per- mittat ſibi ſepeliri extraneum; cum id eſſet ven- dere uſum ſepulturæ. Vide Eudem *loc. cit.* Qua- lilter Religioſi aliive Clerici exigen- tes majorē ſumma pro ſepultura digniore loco. V. g. ante ſummu m altare conſtituta excuſari poſſint. Verum de his & antecedentibus accuratiuſ ad *tit. de ſimoni.*

8. Resp. octavò: Bona alia Eccleſia immo- bilia vel etiam mobilia pretioſa, utpote proprie- non conſecrata, licet ſuo modo dicata Deo ad fu- ſtentationem miniftrorum illius, abſolute loquen- do vendi poſſunt, modò adiſt iusta cauſa, & ad- libeantur requiſita juris ſolemnitatis juxta dicta ad *tit. de reb. Eccl. non alien.*

Quæſt. 267. Res publicæ an & qualiter emi & vendi poſſint?

R Esp. Res publicæ ſeu universitatis ſimpli- citer, ut ſunt forū, theatra, curia, paſcua communia & ſimilia, emi & vendi non poſſunt. *§. 6. Inſt. de rer. diviſ. 1. ult. Inſt. de contrah. empt. 1. 72. ff. eod.* non enim permittit ratio, ut quod communī utilitatē deſtinatum eft, cum pu- blici ſtatū laſione ad privatū commodi- um tra- hatur, & propriis cujuspia uſibus applice- tur. *c. Ratio. de dignitate. & prob.* Limitat tamen hoc iſum Müller. *ad ſtru. ff. de contrah. empt. theſ. 27. lit. d.* niſi contractus emptionis fiat inter ignorantes, aut faltem empte igno- rante; tunc enim valere ait quod ad obligatio- nem & praftationem illius, quod interest; jux- ta *l. 4. & 62. eod.* Aliud etiam dicendum eſſe de rebus publicis, quæ ſunt in patrimonio Reip. quod ad dominium & uſum, alijs dicta fiscales, easque obſervatis ſolemnitatibus, quæ in L. fin.

C. de vendit. rer. civ. recenſentar, alienati poſſe ait Lauterb. *cit. tit. §. 18.* remittens ad Franzk. *tit. cod. à num. 137.*

Quæſt. 268. An & qualiter officia ſacu- laria publica vendi poſſint?

1. R Esp. primò: Variè de hoc ſentiunt AA. hujuſmodi officiorum habentium jurisdictionem venditionem, ſpectato jure naturæ, non eſſe illicitam, cum ſint preio aſtimabili- lia ob lucrum & commoditatem, quam ſecum affeſtunt, minuſ tamen decentem, multisque periculis & gravi danno expoſitam, & hinc etiam ſummis Principiibus ab ea abſtinendum; horum verò legibus inferiores omnes prohiberi ſub gravibus etiam pœniſ ea vendere, afferit Caſtrop. *tr. 34. d. 5. p. 18. num. 13.* citato inter alios Molin. *de J. & J. tr. 2. d. 91.* Et haec prohibi- tiō ſufficienter colligi videtur ex Novell. 6. c. 1. §. 9. & Novell. 8. c. 7. Atque ita licet ea ven- di non poſſe tenent Jo. Medin. Adrian. &c. qui- bus quoque de Lugo *de J. & J. d. 34. f. 2. num. 24.* annumerat Leſſ. *de Juſt. cap. 32. du. 4. num. 29.* Nihilominus hodieſum contrarium uitatiſſimum eſſe, eti ſepe in magnum Reip. detri- mentum, non tantum in Gallia quod ad officia Coronæ & plurima Parlamentorum, tam mili- taria, quam judicialia, politica, quaſtoria; ſed & in quibusdam locis Germania, Belgio, Italia, Dania, &c. teſtatur Lauterb. *loc. cit.* quin & li- citē ea vendi poſſe, absolute tenent cum D. Tho- opuſe. 21. Vafq. Cajetan. Syl. Nav. Sot. Pa- lid. &c. quoſ citat & ſequitur Sanch. *Lib. 2. conf. c. 1. du. 37.* item Rebelle. Tannar. Azor. Fi- liuc. Mald. quoſ citat & ſequitur Dian. *Tom. 2. tr. 5. miſcell. resol. 208.* & plures alii apud de Lugo *loc. cit.* quamvis, ut Idem, ex iis aliqui, ut So- tus, Vafq. Sanch. fateantur, officium Judicis nunquam licet vendi poſſe; plures etiam fate- antur, quod licet venditio haec ſpeculatiue & ſe- cundum ſe præciſe non fit mala, præcie tamen & utpluriū eſſe iniquam, & hinc, cum a- ctiones morales judicandæ ſint, ut in plurimiſ evenit, venditionem illam regulariter eſſe dan- nadam, ut concluſit apud de Lugo Sanch. *loc. cit. numer. 5.* De cætero autem, ut licet fiat, AA. prædicti has ferē exigunt conditions, ni- mirum ut in vendente ſit authoritas, ut vendan- tur digno, ut non vendantur preio excessivo, ita ut necelle ſit emptorem abuti officio ad preium pro eo ſolutum compensandum; ut fiat venditio ob Reip. neceſſitatem, cui aliter consulit non po- fit; his præmissis.

2. R Esp. ſecundò cum de Lugo *loc. cit. num. 25. & 26.* hanc facultatem vendendi illiusmodi officia non videri denegandam ſummiſ Principi- bus ex eo capite, quod ſicut donare poſſunt in- tegra quandoque oppida & urbes Marchionibus a ſe creatis, Eccleſiis, monaſteriis cum juris- dictione etiam temporali & potestate ſtatueri in iis gubernatores & officiales inferiores, ſic etiam ea vendere poſſint; adeoque jam non ap- pareat ratio, cur, ſi maiorem talem jurisdictionem vendere poſſint, non etiam vendere poſſint iſta inferiora officia. Circa haec tamen no- tanda ſequentia. Primo quod, cum Princeps, etiam supremus, ex obligatione, quam habet erga Remp. ut damna eius impedit, tenea- tur